

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 7927

**Auteur(s) :** Simon de Mano [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Aucher de Moulins [particulier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1154-1210]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Simon de Manou accorde à Aucher de Moulins, pour ses services, vingt acres de terre, à charge d'un cens annuel de douze sous angevins, et confirme la donation d'une terre, voisine de la première, faite au dit Aucher.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, I. « Carte de Nocumento », n° XII, p. 231-232.

## Dissertation critique

Simon de Manou et Aucher de Moulins apparaissent dans les actes n° 7925 et 7926 datant de 1209 et 1210 (CHARENCEY, Cartulaire de la Trappe, I-n° X, XI).

On peut considérer que l'usage des monnaies d'Anjou est répandu en Normandie en général sous Plantagenêt.

Texte établi d'après a

Noscant lecturi, presentes atque futuri quod ego, Symon de Manou, dedi Auchero et heredibus suis, pro servitio suo XX acras de terra que est apud Vadum Petre cum toto gotario eidem terre juncto, jure hereditario possidendum, ita quod predictus A[ucherus] reddet michi vel heredibus meis annuatim, per festa sancti Remigii, XII [solidos] andegavensium, ab omnibus aliis servitiis liber et quietus, excepto quod si quis alius quam dictus Aucherus terram illam coluerit, molturam reddet de bladis suis, et item si alius in eadem terra manserit, ad molendinum meum ibit. Satis vero memoratus Aucherus vel heres ejus sua blada propria, ubicumque sint, quieta et sine moltura, et omnia alia, sicut jam dictum est, libere et pacifice ab omni servitio habebit, excepto tamen religio, si forsitan dari contigerit. Hoc totum concessit Nicholaus, primogenitus filius meus, qui accepit X solidos andegavensium. Et item Belengerius et W[illelmus] Belessent et Willelmus de Fooutel et Eremborc dederunt Auchero sepedito et concederunt terram quamdam quam habebant suprascripte terre vicinam, quam dedi ei jure hereditario, ipsi et heredibus suis in perpetuum possidendum, ita quod sepius memoratus Aucherus, vel heres ejus, reddet eis annuatim per festa sancti Remigii quatuor solidos andegavensium, ab omni alio servitio liber et quietus. Ego autem, Symo de Manou, concessi Auchero et heredibus suis eamdem terram, ab omni servitio libere et quiete de me et heredibus meis in perpetuum et in hereditario jure tenendam, ita tamen quod eadem conditione que superius scripta est de terra quam dedi ei, detur michi vel heredibus meis moltura et religium. Hoc item non taceatur, quod ipse Aucherus dedit michi XIX libras andegavensium propter domum quam dedi eidem, sicut supra dictum est, et heredibus

suis. Ut autem hoc totum firmius teneatur, munimine sigilli mei roboravi. T[estibus] Evrardo, Guiardo, N[icholao]  
Troue et pluribus aliis.